Et post mortem suam bona omnia supra recensita mobilia et immobilia sua successores ten. stris sui sine ulla eorum traditione successorum suorum cum pleno iure devolui deberet et devolueretur. Personalibus suis recognitionibus ad id accedentibus.

Krynska Woinowna — **Debitum**

Coram officio et Actis praesen. Castren. Bransceñ. per Comparens Nobilis Mathias filius Martini Krynsky sanus mente et corpore existens palam publice recognovit. Quia e Nobili Marianna filia Nobilis Simonis Woinowna relicta consorte olim Nobilis Alberti Krynsky et eius posteris tenetur debito certo vero Quinque florenos polon. hinc pro festo Sancti Alberti Episcopi proxime futuro soluere et respondere actu coram Actis officij praesentibus respondere sub vadio simili alterum Quinque florenorum polon. Et coram officio praesenti in primo citationis Termino peremptorio respondere pro vadio ac citato satisfactione omnibus in universum iuris remedijs et defensis se et suos successores abrenunciando.

Szymborski — **Tenetur.**

Coram officio praesenti Castren. Bransceñ. per comparens Nobilis Mathias filius olim Sebastiani Szymborsky in Szymborze hic sanus mente et corpore existens palam publice recognovit Quia Nobili Martino filio olim Jacobi Szymborsky filiastro suo legitimo respectu vestium falendinensis superioris valoris tum pixidis ac frameae per olim Barbaram relictam consortem olim memorati Jacobi Szymborsky matrem suam post decessum mariti sui Sabbatho magno ante festum solennia Paschae cum eodem filio in domum sui recognoscens ultro adiectam et ad curtum dum cum eodem filio vitrico per patruum fovendo traditam Quadraginta florenos polon. iuxta computationem cum mareito facti debito certo vero et liquido dum ad devenire ad primam eius requisitionem de bonis suis quibus omnibus cum posteris suis eidem Cedurni suo submittit ac in solidum soluere et respondere. Sub vadio simili alterum quadraginta florenorum polon. Et coram officio praesenti in primo citationis Termino peremptorie stare parere respondere pro vadio ac citatis omnibus satisfacere. Omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abrenunciando.

G. Krasowski Vicecapitanei Bransceñ — **Quietatio.**

Coram officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Bransceñ. per Comparens Nobilis Petrus olim Adami Zarzecki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Generosus Albertus Grzymek Krasowsky Vicecapitaneus Castri huius qui in locum officij sui quo ad eum hunc attinet Nobilem Anselmum Szablowsky subdelegavit ad rationem summae Trecentorum florenorum polon. sexaginta sex florenos polon. ex obligatione bonorum in Tokomyszko castren. sibi per olim Alexandrum Mathephlarsky inscripta persoluit ideoque ad praesens respectu eiusmodi summae sexaginta sex florenorum polon. quietat eum ratione obligationis tantum summae tantum Ducentorum sine sex florenorum hi quidem vero de Quadraginta florenorum priori tempore quietatio intercessit saluam inscriptionem reservat. Personali recognitione praesentibus mediante.

Eiusdem — **Demissio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. per Comparens Nobilis Joannes filius Alberti Dworakowsky sanus mente et corpore existens palam publice et libere recognovit. Quia Generoso Alberto Grzymek Krasowsky Pincernae Terrae Bielscen. et Vicecapitaneo Castren. Bransceñ. qui in locum officij sui quo ad eum actum attinet Nobilem Anselmum Szablowsky subdelegavit eiusque posteris obligationem Terrae immobilis in bonis Tokomyszko sitis sibi recognoscentis per olim Alexandrum Mathephlarsky in Quadraginta florenos polon. inscriptam Cum omni mota protestatione eiusmodi inscriptionis sua parata contra obligationem in originali praesentavit Castren. accepta plenaria satisfactione demittit et de bonis ex nunc condescendit. Omne et integrum ius suum sibi ad praemissa competens in personam Generosi Vicecapitanei et successorum plenarie transfert et transfundit. Ipsumque illi ex nunc realem actualem ac pacificam possessionem per eum coram officio acceptandam dat et admittit.